



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

5. Quomodo Angelus apparuerit pastoribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59868)



QVOMODO
ANGELVS
 APPARVERIT
 PASTORIBVS.
 MEDITATIO V.
 EVANGELIVM.

ASTORES erant in ^{Luc. 2.}
 regione eadem vigilan-
 tes, & custodientes vigi-
 lias noctis super gre-
 gem suum. Et ecce angelus Domini
 stetit iuxta illos, & claritas Dei cir-
 cumfulsit illos & timuerunt timo-
 re magno. Et dixit illis angelus,
 Nolite timere; ecce enim euange-
 lizo vobis gaudium magnum, quod
 erit omni populo, quia natus est vo-
 bis hodie Saluator, qui est Christus
 Dominus in ciuitate Dauid.
 Et hoc vobis signum, inuenietis
 infantem pannis inuolutum, & po-
 situm in praesepio. Et subito facta
 est

est cum angelo multitudo militiæ caelestis, laudantium Deum & dicentium, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et factum est, ut discesserunt ab eis angeli in caelum, pastores loquebatur ad inuicem: Transeamus vsque Bethlehē, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes, & inuenerunt **MARIA** & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt, mirati sunt, de his quæ dicta erant à Pastoribus ad ipsos **MARIA** autem conseruabat omnia verba hæc, conserens in corde suo. Et reuerſi sunt pastores glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos.

PROPHETIÆ.*Esa 9.*

1 **P**opulus qui sedebat in tenebris, viderit lucem magnam.

Psal. lxx.

2 Exortum est in tenebris lumen rectis corde.

3. Et addet mites in Domino latitiã, & pauperes homines in sancto Israhel exultabunt.

CON-

CONSIDERATIONES.

CONSIDERA, quomodo Angeli
 sancti cōspecto cum summo gau- *Punct. I.*
 dio & adorato Domino suo, scientes
 eum venisse in mundum, & carnē as-
 sumpsisse, non solum ob gloriam Dei
 in cælo, sed etiam pro pace hominum
 in terra, imò præcipuè pro salute homi-
 num, ex qua tanta in Deum gloria, &
 in homines tanta lætitia redundare de-
 bebant, accepta licentia à puerulo IESV
 celeriter accurrerunt, nō ad Reges ter-
 ræ, vel sapientes mundi, non ad eos qui
 recumbebant in stratis mollibus, & pa-
 cem suā in opibus & voluptatibus ter-
 renis quaeruerunt, sed ad pauperes &
 simplices pastores nocte super gregem
 suum vigilantes: His voluit Dominus
 annunciari suam natiuitatem, quia
 propter tales præcipuè à Deo missus e-
 rat, vt habet propheta *Pauperibus,* in- *Esa. 61.*
 quit, *euangelizare misit me.* Cum talib⁹ *Luc. 4.*
 gaudet cōuersari æterna sapientia, vt
 scriptū est. *Et cū simplicibus sermocina-* *Prou. 3.*
tio eius. Hi quoque ob vigilantiam præ-
 alijs meriti, sunt participes esse huius
 noui nūcij; nā scriptū est. *Qui mane vi-* *Prou. 8.*
gilauerit ad me, inueniet me. Deniq; ad
 modū cōueniens erat, vt Pastorib. (quo
 ratio-

68 MEDITAT. DE VITA

rationem pascendorum & instruendorum subditorum discerent) primum annuntiaretur huius veri pastoris aduentus, qui relictis nonaginta nouem ouibus in caelesti illo deserto, ad hanc solam generis humani ouiculam longè aberrantem querendam aduenerat, vt eam sermone vitæ pasceret, sanctæ conuersationis exemplo instrueret, & semetipsum ei in cibum offerret, vt transformata in ipsum, & membrum eius facta in ouile caeleste transferretur, vbi in montibus excelsis Israël, in pinguibus & vberimis pascuis pasci, & æterna salute exsaturari posset.

Ezec. 34.

2. CONSIDERA, fide dignum esse, sanctos hos Pastores, vt erant (quantum licet iudicare) pleni timore Dei, nec solum, vt alij omnes, expectarant Christi aduentum, sed speciali quodam lumine illustrati, & desiderio accensi erant, id temporis quodam quasi Solis radio iam orti præuentos, sermones inter se conferuisse de fælici aduentu, cum splendorem è caelo erumpentem viderent, non solum tenebras nocturnas discutientem, sed mentes quoq; eorum interius collustrantem. In illo autem conspexerunt Domini angelum candidissima veste indutum, vultu

vultu splendido & læto, qui creditur
fuisse archangelus Gabriel. Nam vt hic
primus B. Virgini nunciauit conce-
ptionem filij Dei, sic meruit esse pri-
mus, qui indicaret eius natiuitatem
hominibus. Apparuit autem angelus
cum splendore, vt significaretur, or-
tum esse verum solem, qui venerat ad
illuminandos omnes sedentes in tene-
bris & vmbra mortis. Nusquam in di-
uinis Scripturis legitur Angelos anti-
quis Patribus cum luce & splendore
apparuisse; nam hoc priuilegium reser-
uatum erat in aduentum Saluatoris,
cuius tempore secundum prophetam
exoriri debebat in tenebris lumen re-
ctis. Nunc cogita quanto simplices illi
pastores tum ex subita & diuina luce,
tum ex insolita Angelorum visione,
metu & stupore mentis fuerint per-
culsi.

Esa. 9.

Psalms. 112.

3. *Ecce, dixit Angelus, euangelizo vobis
gaudium magnū, quia natus est vobis ho-
die saluator.* magni profecto gaudij cau-
sa erat, non solum Pastoribus, verum &
toti populo, immò toti mundo. hodie
enim audiri cæpit, vox turturis, vox E-
uangelij, id est, boni nuncij, inde à mun-
di initio nunquam auditi, vox gaudij
salutis & pacis. In veteri lege solebat
Deus

70 MEDITAT. DE VITA

Deus solari populum suum, per vrb
bras figurarum, promissionibus, spe
expectatione futurorum, & dicere pe
Prophetas. Veniet, nascetur, saluabit
&c. at hodie non sine immenso fulgore,
caelestis nuncij ore dicitur Pastoribus.
lā natus est Saluator, & inuenietur
eum in præsепio. Bonus verè & nouus
nuncius; mundus enim in hanc vsque
horam fuerat in tenebris, & luctu, sed
hoc die, vti loquitur Propheta. *Populus
qui sedebat in tenebris vidit lucem magnā.*
Hodie cessant omnes causę meroris
& lachrymarum; nam adest Natalis vitę.
Quare rectè hac nocte dixit Angelus.
Hodie est natus, nam orto iustitię
sole, nox cōuersa est in diem, imò die
illustrior facta est. non enim ab hoc sole
corporeo, sed à diuino, qui in ea ortus
est, claritatem suam accepit.

4. CONSIDERA, Angelum nō dicere tantū esse natum, sed, *natus est vobis* neque enim Saluator noster est natus sui causa, cum per natiuitatem nulla ei perfectio accesserit, quam ante nō habuerit; multo minū verò natus est propter angelos; nam qui firmi perstiterant in veritate, reparatione non indigebant; qui verò lapsi erant, nō erant redemptionis capaces. Itaque nō
bis

Esa. 9.

bis & propter nos natus est Saluator,
 uti testatur quoque propheta. *PVER*
natus est nobis, & filius datus est nobis. *Esa. 9.*

Quare magnam causam exultandi habemus; Magna quoque obligatio nostra erga æternum Patrem, qua tanti doni nomine ei deuincti sumus. Si enim agnoscimus nos tantoperè diuinæ eius Maiestati obstrictos, quod hūc mundum non propter Angelos, sed propter nos condiderit; quāto ampliùs obstricti erimus, quod nobis Vnigenitum suum filium dederit. Quod beneficium hoc longè excellentius est primo, quo maius & nobilius opus est, Deum fieri hominem pro nostra salute, quam conditum esse pro nobis hoc totum vniuersum.

2. CONSIDERA, quomodo Angelo, post annūciationē lætam factam Pastorib⁹, subito adiūxerit se ingens multitudo militiæ cælestis vna voce laudariū Deū, & dicentiū: *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominib. bonæ voluntatis.* Vbi perpēde, quis sit ille, qui licet paruulus & abiectus, tanto honore afficitur, licet recumbens in præsepio, & humili, cōcentu angelico celebratur in cælis. Quid enim vilius, quid contemptius esse potest, quàm nasci in
 stabu-

stabulo, & locari in præsepio, bellum nit pac
 rum potius quã hominum loco? Cor quã e
 tra quid sublimius, quid gloriofius? nos ô be
 se potest, quã in natali alicuius die te nos pri
 ram clarissimo lumine collucere, trium ma con
 phum agere cœlites, choros angelorum iniuria,
 exultare, & decantandis diuinis laudibus, de cœlo
 bus, harmonia vocum suauissima ac per Ang
 rem complere? Verum si expendat ri pacem
 quantæ dignitatis & Maieftatis sit per supplex.
 fona huius infantuli, nempe filius ob modo pa
 rissimi, facillè intelliges, eum dignum luendan
 omni veneratione & gloria, de qua stris crim
 gebat B. Ioannes, cum diceret. *Vidimus* bantur C
gloriã eius, gloriã quasi vnigeniti à Pa incredib
tre. Si verò consideres, qua de causa 7. CO
 hunc mundum venerit, nimirum pro hæc ange
 pter inobedientiam & superbiam no uerterint
 stram, facillè cognosces, congruentem salem cœ
 ei fuisse abiectionem & humilitatem, felici nu
 de qua loquebatur Propheta, cum di dio, exci
 xit. *Vidimus eum despectum & humili* no Patri
tum, virum dolorum, & scientem infir laudes &
mitatem. quanta
 6. ET pax in terra hominibus bona illi Pasto
 luntatis. Rectè id dixerunt angeli, natus deserts g
 enim erat is, qui est pax nostra, qui per non am p
 crucem, vt loquitur Apostolus, inter accelerar
 ficiens inimicitias in seipso, reconcili videndu
 liauit nos Deo; & veniens euangeliza uit
 autem ab

Ioan. 1.

Esa. 53.

Eph. 2.

pio, belluit pacem tam ijs qui longè fuerant,
 in loco? Coquam qui prope. O quantum amasti
 gloriosius nos ò bone & dulcis I E S V : nam cum
 uius die nos primi simus, qui rebelles in te ar-
 uerere, triuma conuertimus, & summa affecimus
 angelorum iniuria, nec iure aliud quàm vindictam
 uinis laude de celo expectare poteramus, tamen
 uissima a per Angelum iussisti nobis annuncia-
 expendat ti pacem, imò tu ipse aduenisti, & quasi
 atis sit per supplex ad nostros pedes obtulisti non
 pe filius al modo pacem, verum etiam teipsum ad
 a dignum luendam poenam & cruciatus, que no-
 de qua stris criminibus in te commissis debe-
 t. Vidim bantur Caritas certè inaudita, & amor
 reniti à Pa incredibilis.

7. CONSIDERA, quo pacto post
 hæc angeli cantando, & iubilando re-
 uerterint in cœlum, totamque Hieru-
 salem cœlestem, exposito suis ciuibus
 felici nuncio cõplerint ineffabili gau-
 dio, excitarintq; ad decantandas æter-
 no Patri pro tanto beneficio infinitas
 laudes & gratias. Deinde considera,
 quanta lætitia & consolatione sancti
 illi Pastores percussifuerint; nam subito
 desertis gregibus, ac si nato Salvatore
 non amplius opus haberent custodia,
 accelerarunt iter in Bethlehem, ad eum
 uidendum & adorandum. Inuento
 autem ab illis cœlesti hoc infantulo,
 D cogi-

cogita, quantæ voluptati fuerit pa-
 ribus Pastoribus oculis cernere De-
 Maieftatis in carne, tangere mani-
 congratulari illi, & omnia officia &
 titiæ signa illi exhibere: ex alia
 parte videre sapientiam illam æ-
 nam, quæ condidit & gubernat orbem
 terrarum, magnum Deum, qui totum
 mundum vno complectitur palmo
 cere in forma paruuli pueruli, se ob-
 stantis simplicium illorum hominum
 consuetudine, & lætitiæ vultus, omni-
 busque gestibus, cum sermone no-
 dum posset, quantum eorum pro-
 sentia recrearetur, demonstrantis
 fælices pastores, quibus fas fuit videre
 quod tot Reges & Prophetæ deside-
 runt videre, & non potuerunt. O be-
 tos, quod oculos vestros non offe-
 dit, neque loci vtilitas, neque ma-
 paupertas, nec à pio proposito reuo-
 uit tanta Saluatoris submissio & hu-
 litas.

Esa. 40.

8. CONSIDERA, quid sancta
 Mater in hoc tam nouo, & tam admi-
 rabili spectaculo egerit, vel dixerit
 quanta intelligentiæ luce, quo sensu
 interno, animam illam gratia, omni-
 busque diuinis donis circumfluentem
 Spiritus sanctus cumularit: qua hilaritate

ate &
 auribus
 meloc
 tam si
 la, qua
 ligeret
 incarn
 adfuis
 nimia
 poris v
 geloru
 cælum
 9. A
 quiden
 tui hur
 societate
 visitati
 ge te ill
 militer
 ptorē. D
 gini eiu
 perti fan
 ex oscul
 iacentis
 cra, vt t
 tem per
 plecti p
 rit ex sin
 illum &
 quia vit

ate & voluptate exilierit cor eius, dum auribus hauriret cœlestem angelorum melodiam, dum oculis vsurparet tantam filij sui gloriam, dum miranda illa, quæ à Pastoribus narrabantur, intelligeret. Certè non dubito, si verbum incarnatum Vnigenitus filius eius non adfuisset præsens, animam eius sanctâ nimia dulcedine liquefactam, & à corporis vinculis solutam vnâ cum Angelorum choris euolaturam fuisse in cælum.

9. Age ergò anima mea, quandoquidem aduertis tantam esse Domini tui humilitatem, vt neque animalium societate indignum se æstimet, neque visitatione inopum pastorum, adiunge te illis, & genibus humi positis humiliter cum illis adora tuum redemptorè. Deinde reuerentiam exhibe Virgini eius Matri, & simul salutem impetri sancto seni Iosepho. Hinc deuotè exosculare infantuli IESU in præsepio iacentis pedes, eiusque Matrem obsecra, vt tibi eum porrigere velit, aut salutem permittere, vt eum brachijs complecti possis. Quod si tibi fortè fuerit ex singulari gratia concessum, tene illum & constringe, nec eum dimitte, quia vita tua est, salus tua, & omne

76 MEDITAT. DE VITA

bonum tuum. Neque diffidas te peccatum
cum obtinere, etiam si agnoscas te peccato-
catorem & indignum; ille enim propter
propter peccatores in mundum venit,
cum peccatoribus humiliter conuersus
est, pro iisdem voluit mori, & deinde
nihilque iisdem seipsum in cibum relin-
quere.

COLLOQVIVM.

Psal. 137. **OR** ABIS verbum incarnatum, quoniam
congruenter illi dicitur Prophetæ humili respicit, & alta à
gè cognoscit, manifestare voluit natiuitatem
suam humilibus Pastoribus, eorumque
pectora tanta complere lætitudine tibi
largiatur gratiam, vt imitando eorum
in tui custodia vigilantiam, & bonis
operibus simplicitatem, à Domino spiritaliter
visitari, & cælestibus consolationibus
affluere merearis.

DOCUMENTA.

1. **CHRISTVS** mysterium natiuitatis
sue patefecit Pastoribus, mittens
eis angelum, & cælesti eos splendore illustrans.
Deus voluntate sua, doctrinamque
cælestem imprimis communicat Pastoribus,
& Ecclesiæ præsidentibus, eosque ampliori
lumine donat, & studiosius eis ad assistendum
dirigendos ipsos & alios. Et ideo sub-

diti non suo arbitrio, sed eorum nutu, & iudicio regendos se tradere debent, quos Deus eis dedit Pastores: scientes quo longius ab eorum obedientia recesserint, hoc longius quoque à salutis via, ipsoq; Deo recessuros.

2. Christus natus, summus Pastor se manifestavit Pastoribus vigilantibus in gregem, ut indicaret, cuiusmodi vellet esse sua Ecclesia Pastores, humiles videlicet & vigilantes.

3. Pastores vigilias agebant noctu, ne grex inuaderetur à feris id temporis maxime in pradam effusis: sic Pastores animarum, et si quovis tempore vigilias agere debeant, studiosius tamen per noctis tenebras, hoc est, quando subditis aliqua desolatio, tentatio, vel salutis discrimen impendet, ne à lupo infernali deurentur.

4. Pastores dixerunt. Transeamus in Bethlehem, & videamus verbū quod factum est. Et nos exemplo Pastorum horum studeamus transire à vitijs ad virtutes, & de virtute in virtutem proficere, ut in illa celesti Bethlehem, civitate panis, de quo scriptū est. Beatus qui manducaverit panem in regno cælorū, mereamur intueri verbum incarnatum, non iam in praesepio plorans, sed in sinu

Patris in aeternum regnans.

5. Et inuenerunt infantem positum in praesepio. Illi inueniunt Christum, quod velut hi Pastores sunt similes ipsi, id est qui sua infantia simplicitatem, fasciam paupertatem, & Praesepii vilitatem intantur.

6. Pastoribus vigilantibus apparuit angelus, eosque diuina lux circumfulsit, quod significaretur, illos dignos esse mysterium diuinorum notitia, & illustratione mentis, qui cum sollicitudine aduigilant gregi fidelis populi sibi commisso; Vnde quibus diu, magna pietate & studio salutis eius procuranda dant operam, abundantius quoque diuina gratia luce Dominus eos collustrat.

7. Angelus signum dedit Pastoribus, quod inuenirent infantulum pannis involutum, & positum in praesepio; ut notemus, qua conditiones eorum sint, à quibus Christus se sinit inueniri. Prima, ut sint simplices & puri, significati per eius infantiam. Secunda, ut pauperes, quod significatur per pannos viles, quibus est involutus. Tertia, ut humiles & contempti, quod significatum est per Praesepe, in quo ipse decubebat.